



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Originvm Monasticarvm Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Cap. XX. De B. Teresia, Ordinis Carmelitarum reformatrice, & alijs Sanctis  
Ord. Carmelitarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11249**

De his plura si voles, libellum nostrum de origine Carmelitarum Antuerpiæ editum consule.

In Polonia habent PP. Carmelitæ Discalceati cœnobia tria, *Cracouiense*, *Lublinense* & *Leopoliense*, præter virginum monasteria non pauca: ad quæ fundanda primæ moniales ex Bruxellensi conuentu sunt missæ.

De Scriptoribus ord. Carmelitarum, post Trithemium & Petrum Lucium, plenus existat commentarius, studio R. P. *Thomæ à Iesu Bratiensis*, Præfecti Prouincialis Discalceatorum in Belgio.

## CAPVT XX.

*De B. Teresia ordinis Carmelitarum reformatrice, & alijs Sanctis ord. Carmelitarum.*

**B.** Teresia Abulæ in Hispania, singulari Anno  
quadam Dei prouidentia, illis temporibus nata est, quibus Lutherus excucullatus 1515.  
apostata virus in Ecclesiam cœpit effundere. Etate iam grandior monasticen amplexa, ac demum austerioris vitæ cupida, supra muliebrem naturam, supra vires ac conditionem sui sexus se extulit. Plurimis namque monasterijs per Hispaniam excitatis, primæuam sui ordinis disciplinam adeo faustè instau-

stau-

stauravit, ut non modò virgines innumera-  
rabiles, sed viros quoque doctrina & sancti-  
tate eximios ad imitationem pellexerit, at-  
que ad cœnobìa arctioris instituti condenda  
permoucrit. Fuit autem progressus Deo ad-  
iuuante tantus, ut Congregatio à Sixto V.  
in prouincias quinque per Hispaniam di-  
stributa, & pòst à Clemente VIII. pro-  
prium nacta fuerit Præfectum Genera-  
lem. Quæ quidem cùm Hispaniam impleuis-  
set, & ad Occidentales Indos palmites porre-  
xisset, in Italiam demum pedem intulit, atque  
in ipsa vrbe Roma collegium seu Seminarium  
instituit. ex quo sodales feruentiores, doctri-  
na, linguarum peritia, & alijs eiusmodi do-  
tibus insignes, pro Christo legatione functu-  
ri, ad exteras quasque nationes emitterentur.  
Itaque sacræ signa militiæ inde in Sarmatiam  
ad Septemtrionem, in Indiam Persiamque ad  
Orientem, & nuper in Galliam Celticam &  
Belgicam, atque in ipsam Germaniam sunt  
prolata. Obijt autem B. Teresia an. 1582. à  
Paulo V. Papa inter Beatas virgines relata.

Ad eius tumulum Albæ in regno Ca-  
stellæ hæc legitur inscriptio: *Rigidis Car-  
meli Patrum restitutis regulis, plurimis viro-  
rum feminarumque erectis claustris, mul-  
tis veram virtutem docentibus libris editis,  
futuri præscia, signis clara, cœleste sidus ad sile-  
ra aduolauit B. Virgo Teresia IV. Non. Octob.  
CIC. D. XXCII. Manet sub marmore non et-*  
viii,

nis, sed madidum corpus incorruptum, proprio suavissimum odore, ostentum glorie.

*De alijs Sanctis Ordinis Carmelitarum.*

EXstant Officia propria Sanctorum ord. Carmelitarum, pro sodalibus Discalceatis an. 1617. Antuerpiæ typis Plantinianis edita, & à Sacra Rituum Congregatione Romæ approbata: ex quibus libet ferie mensium Sanctos huius ordinis velut in tabella proponere.

S. Dionysius Papa & confessor. 19. Ian.

S. Anastasius martyr. 22. Ian.

S. Cyrillus Episcopus Alexandrinus in AEGYPTO, & confessor, floruit an. 430. Nestorianorum antagonista. 28. Ian.

S. Petrus Thomas, Patriarcha Constantinopolitanus, & martyr, obiit an. 1366. Famagustæ in Cypro. 29. Ian.

S. Andreas Episcopus Fesulanus obiit an. 1373. & quiescit Florentiæ apud Carmelitas. 30. Ian.

S. Euphrosyna Virgo. 11. Febr.

S. Auertanus confessor, natione Francus, floruit an. 1370. 25. Febr.

S. Cyrillus confessor, Prior in monte Carmelo, floruit circa an. 1200. 6. Mart.

S. Euphrasia Virgo. 13. Mar.

S. Ber-

29. *Mar-  
tij.* S. Bertholdus confessor, IV. Ordinis Ma-  
gister, floruit anno 1212.
8. *April.* S. Albertus Episcopus, & confessor. Ita le-  
gitur in dictis Officijs proprijs. Designatur  
autem, nisi fallor, Albertus Patriarcha Iero-  
solymitanus, qui anno 1171. Carmelitis vitæ  
Regulam præscripsit.
5. *Maj.* S. Angelus martyr in Sicilia anno Christi  
1214.
16. *Maj.* S. Simon Stocquius, natione Anglus, V.  
Ordinis Magister generalis obiit Burdigalæ  
an. 1265.
14. *Iunij.* S. Elifeus Propheta.
20. *Iulij.* S. Elias Propheta.
7. *Aug.* S. Albertus confessor, in monte Drepano  
apud Siculos natus, anno 1297. Messanæ o-  
biit.
2. *Sept.* S. Brocardus confessor, & Prior in monte  
Carmelo, floruit an. 1171.
24. *Sept.* S. Gerardus Episcopus & martyr.
5. *Oct.* B. Terefia virgo obiit anno 1582. & quies-  
cit Albæ in Castella.

## CAPVT XXI.

*Ordo Minimorum per S. Franciscum  
Paulanum institutus.*

**F**RANCISCUS Paulæ quod est Calabriæ opi-  
dum, loco humili natus est: quem paren-  
tes, cum diu prole caruissent, voto facto,  
beati